

FLORA.

M. 3.

Regensburg. Ausgegeben den 22. Februar.

1870.

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.
— Literatur. — Botanische Neuigkeiten im Buchhandel. — Personalnachrichten.
— Botanische Notizen. — Anzeige. — Verzeichniss der für die Sammlungen
der königl. botan. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.
Continuatio tertia decima. — Scripsit W. Nylander.

1. *Lecanora mniarociza* Nyl.

Subsimilis *L. turfaceae* var. *mniaroeae* (Ach.), sed thallus (albidus) hydrate kalico flavescens. Variant apothecia biatorina (aut sublecidinea) et zeorina.

Supra muscos in Finlandia et Lapponia (Silén et Norrlin).

In California saxicola adest bene lecanorina (Bolander).

2. *Lecanora coracodes* Nyl.

Thallus obscure cinereus granulato-areolatus sat tenuis indeterminatus; apothecia nigra (latit. 0,5—0,8 millim.), margine thalino subcrenato cineta, intus pallida; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses mediocres vel crassiusculae (crassit. fere 0,002 millim.) apice incrassato fuscescente (inde epithecium fuscescens), hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens.

Ad saxa granitica in provincia Tavastia Finlandiae (Silén).

Videtur esse e' stirpe *Lecanorae cinereae* prope *L. cinereo-rufescens*, a qua jam distat thallo iodi ope non tincto. Facies

convenit cum *Lecidea tenebrosa*, sed apothecia habet bene lecanorina.

3. *Lecanora hypophaca* Nyl.

Thallus cinerascens vel cinereo-virescens tenuis granulatoinaequalis; apothecia nigricantia vel sanguineo-nigra lecideina planiuscula marginata (latit. 0,7—1,5 millim.), margine proprio nigro subcrenulato vel inaequali vel undulato, dein convexula margine excluso; sporae (in thecis myriosporis) oblongae, longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0015 millim., paraphyses mediores vel crassisusculae (crassit. circiter 0,003 millim, apice electrinè-fuscescente crassiore) articulatae, hypothecium incolor infra tenuiter infuscatum (gonidiis supra hoc stratum inferum glomerulose in hypothecio instratis). Gelatina hymenialis iodo vinose vel fulve rubescens, praecedente coerulescentia.

Ad saxa granitica in Scotia, Braemar, legit Crombie.

Diffrert a comparanda *L. privigna* Ach. jam paraphysibus et strato infero fusconigro hypothecii. Hoc stratum crassit. 0,03 millim.

4. *Lecidea subuliginosa* Nyl.

Similis fere, quoad apothecia, *Lecideae uliginosae* (hypothecis fusco), sed thallus albidus vel albido-cinerascens granulatus.

In Finlandia boreali, Kuusamo, supra terram (Silén).

5. *Lecidea persistens* Nyl.

Thallus cinerascens inaequalis vel subevanescens; apothecia nigra plana marginata (latit. 0,5 millim.), intus obscura; sporae 8nae ellipsoideo-oblongae simplices (vel interdum spurie 1-septatae), longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,005—6 millim., epithecium lutescens, hypothecium fuscum, paraphyses gracilescentes. Jodo gelatina hymenialis coerulescens.

Supra vegetabilia destructa in Lapponia, Lyngen (Norrlin).

Accedit ad *L. fuscum*, a qua mox diffrert apotheciis nigris definite marginatis atque reactione iodo effecta. Apothecia juniora substipitata.

6. *Lecidea illudens* Nyl.

Fere ut propria species distincta est a *L. muscorum* (Sw.), apotheciis (facie sicut in *L. pezizoidea*) substipitatis, margine persistente saepiusque caesio-pruinoso. Sporae aciculares tenuiter

5—7-septatae, longit. 0,038—48 millim., crassit. 0,0025—0,0030 millim., paraphyses mediocres, epithecium coerulescens, hypothecium rufescens-fuscescens. Jodo gelatina hymenialis vinose rubescens (praecedente coerulescentia).

In Finlandia boreali, Kuusamo, supra muscos destructos (Silén).

7. *Lecidea leucophaeoides* Nyl.

Thallus albido-cinerascens areolato-granulosus subaequabilis sat tenuis, hypothallus nigricans passim et ambitu visibilis; apothecia nigra vel fusco-nigra planiuscula (latit. 0,5—0,7 millim.), margine demum exaequato, intus albida; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongae, longit. 0,010—17 millim., crassit. 0,004—6 millim., paraphyses discretae gracilescentes, epithecium umbrino-fuscescens, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis (cum thecis) coerulescens.

Ad saxa in Finlandia boreali, Kuusamo (Silén).

Thallus extus hydrate kalico e flavo mox ferrugineo-rubens, qua nota haec species statim differt a *Lecidea leucophaea* Flk., facie spermatiisque conveniente. Dubium sit, an melius locus tribuatur in stirpe *Lecideae parasemae* aut in stirpe *Lecanorae subfuscæ*. Apothecia lecideina vel sub-biatorina.

8. *Lecidea interludens* Nyl.

Thallus albidus vel cinereo-albidus tenuis rimuloso-areolatus nigricanti-limitatus; apothecia nigra superficialia (latit. 0,5—0,9) convexiuscula immarginata (vel saepe margine albo epithallino tenui cincta), intus incoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—8 millim., paraphyses mediocres apice clavato fuseescente. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, deinde thecae vinose vel violacee rubentes.

In Scotiae montibus Braemar, ad saxa quartzosa (Crombie).

Arcte affinis *Lecideae molli* (Wblnb.), sed sporis majoribus ellipsoideis, thecis iodo totis tinctis (nec praesertim apice solido sic tinctis, sicut hoc in *L. molli* observatur), etc. Colore thalli et variis notis aliis differt a *L. Kochiana*. Spermatia breviuscula.

9. *Lecidea symphorella* Nyl.

Thallus parum visibilis; apothecia nigra minuta (latit. 0,2—0,3 millim.) convexiuscula immarginata aggregato-acervulata (acervulis sic ex apotheciis pluribus connatis compositis latit. circiter 1

millim. vel minoribus), intus concoloria; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,010—18 millim., crassit. 0,004—7 millim., paraphyses mediocres (vel non semper bene discretae), epithecium sordide coerulescens vel fuscescens, hypothecium (cum perithecio) brunneo-infuscatum. Jodo gelatina hymenialis (cum thecis) vinose rubescens vel vinose violascens, praecedente coerulecentia.

Ad saxa arenaria in Scotia (Crombie).

Species quoad genus, nonnihil ambigua; thallus enim adest Lecideae conveniens substratus albidus tenuis areolato-diffractus (hydrate kalico leviter flavescens), passim evanescens, at vix est proprius; sed obvenit alias thallus obscurus parcus vel obsoletus apotheciis adnatus vel sub iisdem, gonidiis (fere gonimiis) viridibus crasse involutis, vulgo ellipsoideis geminisque.

10. *Lecidea eupetraea* Nyl.

Satis similis *L. petraea*, sed mox distincta thallo hydrate kalico e flavo-ferrugineo-tincto et intus tum ochraceo-cinnabarinio. Sporae (fuscae) nonnihil simpliciores, 3-septatae vel parum irregulariter divisae. Epithecum vix vel parum orceinicum.

Ad saxa in Suecia (ipse), in Finlandia (Silén) et in Lapponia (Norrlin).

Reactionibus facillime dignoscitur a *L. petraea*, quam facie externa simulat.

11. *Lecidea miniaroeoides* Nyl.

Similis *Lecanora miniaroeae* (biatorinae), sed apothecia (fusco-nigricantia convexa) hypothecio fusco et sporis minoribus (longit. 0,021—25 millim., crassit. 0,011—12 millim.).

Supra muscos et lichenes destructos in Lapponia (Norrlin).

Paraphyses gracilescentes, epithecium (e clavis paraphysum) luteo-fuscescens (in lamina tenui).

12. *Lecidea phloeoica* Nyl.

Fere varietas *Lecideae attendendae*, a qua praincipue differt hypothecio dilutiore. Apothecia concaviuscula marginata (latit. circiter 0,2 millim.) opaca, conceptaculo subruguloso; sporae 8nae fusco-nigrescentes oblongae 3-septatae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., epithecium cum perithecio et parte infera hypothecii fusconigrum, cetera pars hypothecii dilute fuscescens (thalamum etiam dilutius, nonnihil fuscescens vel fere

ineolor). Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein violaceo-rubescens (coerulescentia apicum thecarum persistente).

In Finlandia, Mustiala, in fissuris corticis betulae (P. A. Karsten).

Thalamium in humido statu altit. circiter 0,066 millim., hypothecium crassit circiter 0,048 millim. Paraphyses crassit. 0,002, clava fusca crassit. 0,004—5 millim. Cfr. *L. polyoporina*.

13. *Thelocarpon conoidellum* Nyl.

Apothecia flava vel flavo-virescentia conoidea vel papillari-conoidea (basi latit. circiter 0,1 millim.) saepius compressiuscula; spora (in thecis myriosporis) lageniformes vel utroque apice subaequaliter incrassatae, longit. 0,004—6 millim., crassit. 0,0015—0,0020 millim., paraphyses graciles (crassit. vix 0,001 millim.) altitudinem thecarum fere aequantes. Jodo gelatina hymenialis cupreo-fulvescens vel vinose fulvescens.

In insula Sinus Fennici Hogland (M. Brenner, 1868).

Thallus botrydiniformis (an vero proprius?) obscure virens tenuis.

14. *Verrucaria umbrinula* Nyl.

Thallus umbrino-nigricans (vel locis umbrosis umbrino-olivaceus) opacus subdeterminatus vel determinatus (ambitu interdum hypothallino-fimbriatulus), tenuis granuloso-subleprosus vel subfuraceus, demum areolato-diffractus; apothecia nigra (perithecio integre nigro) parva (latit. 0,20—0,23 millim.); spora 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,016—18 millim., crassit. 0,007 millim.

Ad saxa in Lapponia (Norrlin).

Accedit ad *V. margaceam* var. *aethiobolam*, sed facie potius ad *V. nigrescentem*.

15. *Verrucaria Bernaicensis* Malbr.

Thallus albus vel albido tenuis subopacus diffractus; apothecia nigra, perithecio integre nigro (latit. circiter 0,25 millim., parte supra dimidia prominula (denudata); spora 8nae incolores globosae vel subglobosae (diam. 0,009—0,011 millim.).

Prope Bernay in Gallia occidentali, ad muros argillaceos (Malbranche).

Locum habeat haec species prope *Verrucariam virentem* Nyl.; sporis suis globosis facile est dignoscenda.

16. *Verrucaria rhyparella* Nyl.

Apothecia nigra nonnihil prominula (latit. 0,1 millim. in secco statu, vel minora), peritheccio (lamina tenui) integre fusco; sporae 8nae incolores oviformes 1-septatae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses nullae. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Supra thallum *Lecideae Hookeri* in Lapponia, Lyngen, (Norrlin).

Arte accedit *V. Schaereri* (Mass. *Lecid. Hook.* p. 8, fig. 3, sub *Sphaeria*), quae vero sporas habet tenuiores, longit. 0,010—11 millim., crassit. 0,003—4 millim. (in thecis pyriformibus turgidioribus quam in fig. citata). Pertinet ad stirpem *Verrucariae epidermidis*.

Nephromium lusitanicum (Schaer.) propria est species facilime dignota medulla sua hydrate kalico reactionem acidi chrysophanici ostendente (purpurascentem).

Parmelia incisa Fr. L. S. 340 est *Physcia stellaris* forma contracta, reactione K \pm , cur non pertinet ad *Ph. aipoliam* (quae reactionem thalli habet K \mp i. e. supra intusque flavam). *Physcia stellaris* quoque subjungendae sunt varr. *subobscura* et *tenuella*; ad *Ph. aipoliam* contra pertinet var. *leptalea*.

Lecanora atrocinerea (Dicks.) reactione thalli hydrate kalico flava mox distat a *Lecanora sophode* var. *confragosa* (Ach.). *L. firma* Nyl. etiam *L. atrocinereae* jungenda sit. At *Parmelia atrocinerea* Fr. L. E. ref. p. 151 varias res continet.

Lecanora cineracea (Nyl. Prodr. Lich. Gall. Alg. p. 193) sicut propria species distingui debeat.

„*Lecidea contigua* A“ Fr. L. S. 376 A pertinet ad *Lecideam speiream* Ach. (Nyl. Lich. Scand. p. 225), quae vix specie differt a *L. confluente* (Ach. pr. p.) Nyl. ibid. Datur etiam *L. speiroa* in Fr. et Stenh. L. S. 410.

Lecidea Crombiei Jones. non est nisi forma *L. aglaeae*.

Lecidea colludens Nyl. est *L. atroalba* var. *chlorospora* (nomen rejiciendum, nam in bene evoluta sporae fuscae evadunt). Species est propria, clava paraphysum determinate fusco-nigricante. Sporae longit. 0,018—27 millim., crassit. 0,009—0,014 millim. Pertinet ad stirpem *Lecideae disciformis*. Sed *concreta* Krb., saltem qualem ejus nominis habet cl. Arnold, est var. *L. atroalbae*.

wenig gekannte Länder zu sammeln, soweit als möglich mit den Exsiccatis verglichen und so möglich gemacht, dass man auch über diese Länder der österreichisch-ungarischen Monarchie eine Uebersicht gewinnen könne. So erschien vor einem Jahre sein Werk über die Vegetationsverhältnisse Croatiens, zu welcher er in Folge des Erscheinens der Flora croatica Zusätze in vorliegender Broschüre veröffentlicht. Jene Gegenden von denen Neilreich bemerkte, dass sie in botanischer Beziehung unbekannt seien, z.B. der ganze nordwestliche Flügel des Velebit, die alpine Verbindungskette der Plisivica mit dem südlichen Velebit und die Banat-Militärgrenze sind durch die Flora croatica nicht bekannter geworden, hingegen sind für Civil-Croatien, dann für das Littorale der croatischen Militärgrenze viele Bereicherungen zu verzeichnen.

Bei Verfassung dieser Nachträge hat Neilreich einen doppelten Zweck verfolgt, nämlich die Vervollständigung seiner Vegetationsverhältnisse, wozu die Flora croatica beinahe ausschliesslich das Material liefert hat, und die Berichtigung irriger Angaben, gleichviel ob diese ihm oder anderen zur Last fallen.

—n—g—

Botanische Neuigkeiten im Buchhandel.

- Baillon, H.: *Histoire des Plantes. Monographie des Légumineuses sousalpiniées.* Ill. de 100 gravures. Paris, Hachette et Co. 6 frs.
- Ettingshausen, C. v.: *Beiträge zur Kenntniss der Tertiärflora Steiermarks.* Wien, Gerold's Sohn. 1 Thlr.
- Favre-Guillarmod: *Les Champignons comestibles et les espèces vénéneuses avec lesquelles ils pourraient être confondus.* Neuchâtel, Sandoz.
- Femenias, Don Juan Joaquim y: *Catalogo razonado de las plantas vasculares de Menorca.* 12. XXIV. et 116 pag. Mahon, Fabregues frères.
- Hehn: *Kulturpflanzen und Haustiere in ihrem Uebergang aus Asien nach Griechenland und Italien sowie des übrigen Europa.* Berlin, Gebr. Bornträger. 3 Thlr.
- Hoffmann, Ph.: *Prodromus florae Eystettensis.* Eichstätt, Knöll. 1 Thlr. 6 Ngr.
- Husemann, A. und Th. Husemann, die Pflanzensstoffe in chemischer, physiologischer, pharmakologischer und toxikologischer Hinsicht. Berlin, Springer.

- Kerner, A.: Die Abhängigkeit der Pflanzengestalt von Klima und Boden. Innsbruck, Wagner. 12 Ngr.
- : Der botanische Garten der Universität zu Innsbruck. 2. Aufl. Innsbruck, Wagner. 4 Ngr.
- Liebmann, F. M., et A. S. Oersted: Chênes de l'Amérique tropicale. Iconographie des espèces nouvelles ou peu connues. Imp. 4. Leipzig, Voss. 34 Thlr.
- Marchand, L.: Histoire de l'ancien groupe des Térébinthacées. 8. p. 51. avec cinq tableaux synoptiques. Paris, Martinet.
- Masters, Maxwell, T.: Vegetable Teratology: an Account of the principal deviations from the usual construction of plants. With numerous illustrations by E. M. Williams. pp. 534. London (Ray Society).
- Millardet, A.: Le prothallium mâle des cryptogames vasculaires et des phanérogames. 4. p. 90. Strasbourg, Silbermann.
- Pfeffer, W.: Bryogeographische Studien aus den rhätischen Alpen. Berlin, Friedländer und Sohn. 1½ Thlr.
- Prodromus systematis naturalis regni vegetabilis, editore et pro parte auctore Alphonso de Candolle. Pars decima sexta, sectio prior. Parisiis.
- Sertum Petropolitanum, seu Icones et descriptiones plantarum, quae in horto botanico imperiali Petropolitano floruerunt; auctore E. Regel. Petropoli.
- Strassburger, Dr. E.: Die Befruchtung bei den Coniferen. Mit 3 Tafeln. Jena, Duitung. 1½ Thlr.
- Watson, Hewett Cottrell: Compendium of the Cybele britannica; or british plants in their geographical relations. T. I. London, Ditton.
- Wesmael, Alfred: Monographie de toutes les espèces connues du genre Populus. 8. pag. 78 avec 23 planches lithographiées. Mons.

Personalnachrichten.

Casimir Roumeguère in Toulouse hat für seine Monographie, Bryologie de l'Ande von der Société des sciences et des arts in Carcassone eine goldene Medaille im Werthe von 200 Frs. erhalten.

Professor Pringsheim ist mit 32 Stimmen von 41 zum Correspondenten der Pariser Akademie an Stelle von Martius gewählt worden.

— r.

— r.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1870

Band/Volume: [53](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 33-43](#)